



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

140 Immunitas ecclesiastica communi opinione est de jure divino.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

nu. 1. vers. & de vita, & nu. 4. facit Rom. sing. 404. incip. sed an potest Papa Didac. Perez. in l. 2. tit. 1. lib. 3. ordin. vers. quæro utrum Papa, Azave in l. 5. tit. 3. num. 6. lib. 2. recompil. Anto. Scap. de jur. non scrip. lib. 1. cap. 2. num. 1. & Huma. in l. 65. tit. 5. par. 1. gloss. 8. num. 6. Et hanc opinionem sequitur, & tenet Rot. in decis. 10. num. 4. de consuet. in antiq. quæ auctoritas canonistarum comprobata & firmata à Rota Romana facit communem  
 139 opinionem † cum stilus Romanæ curiæ, propter dubitationem doctorum, facit etiam jus, & pro jure habetur, ut per eandem Rot. in decis. 1. de fil. presb. decis. 2. de appell. in nov. & decis. 16. de consuet. in antiq. Abb. in cap. ex litteris, num. 6. & ibi Felyn. num. 4. de constit. Quorum auctoritas prævalet auctoritati prælatorum modernorum Theologorum, & aliorum doctorum, ultra quod dicta auctoritas Canonistarum antiquorum est fundata super auctoritate Pontificum, & conciliorum generalium.

140 Quod † autem hæc exemptio competat illis de jure divino, probatur etiam per Concil. generale Lateranen. sub Innoc. III. ut in cap. nimis, & ibi Abb. in fin. de jurejur. Io. Ech. Enchir. de immunit. Eccles. §. in vet. test. & §. immunitatem sacerdotum. Ita etiam tenuit Concil. Lateranen. ultimum sub Leone X. celebratum, sess. 9. in Bull. reform. cur. vers. & cum à jure, ubi, & cum à jure, tam divino, quam humano, laicis potestas nulla in ecclesiasticas personas attributa sit, conc. Colonien. par. 9. cap. 20. & conc. Tridentin. in quo quamplures S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Theologi in Spiritu

sancto legitimè congregati, interfuerunt, sancivit, personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus esse constitutam, ut in cap. 20. ante med. sess. 25. Auctoritas autem conciliorum generalium, longè prævalet opinioni prædictorum Theologorum, & aliorum doctorum, qui pro contraria opinione scripserunt. Et hanc opinionem esse communem, tenet Alciat. in cap. cum non ab homine eod. n. 2. & 47. de jud. quam esse communem testatur etiam Navar. in cap. novis, nu. 6. & 32. eod. tit. Flam. Parisi, qui etiam de communi testatur, de resign. benef. lib. 3. quest. 9. num. 5. Eandem opinionem uti communem sequitur Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. quest. 36. n. 1. & Roland. à Val. qui etiam de communi testatur, in cons. 4. num. 3. volum. 1. eamque pluribus auctoritatibus, tam sacræ scripturæ, quam conciliorum generalium, sacrorum Patrum decretis & sacrorum canonum dispositione, probat Card. Bellar. theologus, de exempt. cler. cap. 1. §. hincigitur, usque in fin. & etiam pluribus auctoritatibus magis communem esse testatur. Burs. in cons. 42. n. 1. & 2. l. 1. Grass. in decis. aut par. 1. l. 2. c. 49. num. 3. Et uti veriorum, & communi consensu canonici juris interpretum receptam, tenet, & sequitur Azor. qui ad contraria responderet, in lib. 5. instit. moral. par. 1. c. 12. vers. ego professo.

Comprobatur dicta opinio ratione, quia clerici sunt Deo dicati, & divinis uilibus deputati, & propterea eo ipso sunt à civili laicorum potestate exempti, cum semel Deo dicatum, non sit ad usus humanos ulterius transferendum c. nulli, c. prædica, 12. quest. 2. cap. in legibus, 12. quest. 3.

cap. que semel, 19. quest. 3. cap. semel, de reg. jur. in c. Oldrad. dist. conf. 83. num. 4. & 5. l. i. ff. de rer. divis. & §. nullius, in sit. eodem tit. Accedit, quòd vasa, altaria, templa, vestes, calices, & alia Deo sacrata prædia divinis usibus tradita, castra, villæ, agri, decimæ, primitiæ, homines, animalia, & bona quæcunque ecclesiastica, quia sunt Deo dicata, oblata, tradita, ac divinis usibus destinata, eo ipso sancta, & religiosa censentur, eodem cap. prædia, & cap. in legibus, 12. quest. 2. l. summa. de rer. divis. §. nullius, in sit. eodem tit. & Azor. d. cap. 12. ver. ego sanè, & à profano, ac civili usu separantur, & pari modo clerici eo ipso, quò Deo sacratæ existunt, ab omni civili usu, & laicali jurisdictione sunt exempti Oldrad. eod. conf. num. 5. & plenè Azor. eodem c. 12. ver. & in dictis capitibus. Et hæc est communis opinio fundata, & approbata auctoritate Pontificum à conciliis generalibus, à sacra Rota Romana, & gravioribus auctoritatibus, à qua recedere, non est tutum; quia in interpretatione legis divinæ, super decisionibus dubiorum, potiùs debemus stare diffinitionibus Summorum Pontificum, quàm dictis Theologorum, etiam quòd sint sancti,

141 Potestas enim interpretandi data est non sanctis, sed Summis Pontificibus, cap. 1, & ibi glos. 1, 20, dist. cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. & Ioan. à Capistr. de auctorit. pap. par. 3, 2, par. princip. num. 93, tract. 10, 13. Imò peccant Theologi tenentes contra constitutiones, & decisiones Pontificum, ut post Ant. de Butt. tenet Abb. in cap. tua, il. 1, num. 5, de decim. Et multò magis laici legum doctores, qui audeant eas interpretari Genes. cap. 47, & Esdræ cap. 7, lib. 1, contra sensum commu-

mem Theologorum, & Canonistarum imò contra decisionem concilii Lateranen. de qua in cap. non minus cap. adversus de immunit. eccles. & cap. tributum §. quamvis etiam, 23. quest. 8. cum legum civilium doctores careant auctoritate sacram scripturam interpretandi.

142 ¶ Etenim, antequam esset Petrus, clerici non erant subiecti potestati laicali, ut Psalm. 104. ubi, nolite tangere Christos meos, hoc est unctos meos, ut sunt clerici, qui, Deo sacrantur, glos. penult. in cap. si Imperator. 96. distinct. Rom. sing. 404. incipien. sed an potest. Alexand. in conf. 8. num. 1. lib. 1. & Azor. ubi supra. ver. primò ex divinis.

143 Nec ¶ excusantur personæ illius magistratus juramento, quo sunt obstricti, de eorum voto secreto, contra vel in favorem illius, quem factiosum, turbulentumque in civitate existimant, explanando: quia juramentum, ut sit licitum, tres comites habere debet, nempe, iudicium, iustitiam, & veritatem, c. jurabunt, 22. qu. 1. S. Raymond. in sum. lib. 1. de transgr. vot. §. tria. exiguntur, & Navar. in c. 12. num. 3. tom. 3.

144 Est ¶ enim contra iustitiam, quòd laicus iudicet clericum, cap. si diligenti. de foro comp. cum alijs supra allegatis; & uti contra iustitiam præstitum servari non debet, cap. est etiam cum duob. seqq. 22. quest. 4. & dicto c. si diligenti, in fin. de foro comp. quinimo illud servantes mortaliter peccant, pro quo peccato incidunt in dictam excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, contra illam contravenientes promulgatam: in eamque incidunt, quicumque magistratus, iudices, notarij, scribæ, executores, subexecutores, consiliarij,